

1313B .

Lulle Raymond.

Raymvndi Lvlli Doct. & ceber. Philosophi
Testamentum....

Item Eivsdem compendivm animae
transmutationis

Ioannem Brickmannum. Coloniae Agrippinae.

1566 .

Avertissement au lecteur.

Le format de ce document est une photocopie texte, c'est à dire est exactement conforme à l'original, au caractère près. Ainsi la pagination, le nombre de lignes par page et le nombre de caractères par ligne est respecté, permettant ainsi une recherche facile des références citées par d'autres auteurs.

Les éventuelles erreurs d'orthographe, de numéro de page, etc... du document sont en principe identiques à l'original. Cependant malgré le soin apporté à la mise en texte de cet ouvrage, il peut subsister des différences par rapport au texte original. En effet la procédure de création de ce fichier texte, à partir du livre original, nécessite un grand nombre d'opérations délicates, laissant place à d'éventuelles erreurs.

En cas de doute, prenez le soin de vérifier sur le texte original du livre papier.

RAYMVN-
DI LVLLI DOCTIS-
SIMI ET CELEBERRI-
MI PHILOSOPHI TESTA-
mentum, duobus libris vniuersam
artem Chymicam complectens,
ante hac nunquam
excusum.



*A. G. Sage MS
exhib. Dr*

I T E M

EIVSDEM COMPENDIVM
ANIMAE TRANSMVTATIO-
nis artis mēallorum, absolutum
iam & perfectum.

*Ex Catalogo off. Libr. Discalcei S. Augustini
Communitatis Parisiensis*

COLONIAE AGRIPPINAE

Apud Ioannem Byrckmannum

Anno M. D. LXVI. J

Cum gratia & priuilegio Caf. Maieft.

I N C I P I T

P R A C T I C A M A G I -
 STRI RAYMVNDI LVLLI
 SUPER LAPIDE PHILOSO-
 phico. Et primo definitio,
 quae res est, seu quae scientia, vel
 ars Alchimia.

C A P. I.



Lchymia est vna pars natu-
 ralis phiosophiae occultae
 coelica, magis necessaria,
 quae constituit & facit vna-
 artem & scientiam, quae no-
 omnibus est nota, & docet
 mundare & purificare omnes lapides pre-
 ciosos, non perfectos, sed decisos, & po-
 nere ad verum temperamentum, & om-
 nia humana corpora lapsa & infirma resti-
 tuere, & ad verum temperamentum redu-
 cere ad optimam sanitatem, & etiam trans-
 mutare omnia metallica corpora in vera-
 lunam, postea in verum solem, per vnum
 corpus medicinale vniversale, ad quod o-

Y mnes

RAYMVNDI LVLLI

mnes medicine' particulares reducte' sunt & fuerunt. Et per quod integratum & factum per vnum manuale regimen reuelatum est philosophiae filijs perfectis, mediante ignis calore, respectu sex latitudinū caliditatis. quae in tres principaliter reducuntur. Primus vocatur Hebetatus, & iste prohibet & defendit motum naturae integram. Et ideo ducit & inducit putrefactionem in rebus mixtis, sine qua putrefactione venire non potest animatio in rebus elementatis. Secundus calor est calor excitatus cum calore tolerabili viuificationis, & hic calor ducit & inducit generationem & multiplicationem. Tertius est calor excessiuus & mortalis, qui destruit omnes sensus & instrumenta, instinctus, & appetitus naturales, per quos fiunt corruptiones, generationes, & multiplicationes. Filius haec scientia appellatur flos regalis, per quam intellectus humanus rectificatus est, ut experientiae, respectu oculi, & verae notitiae, ut experientiae suae pati non possunt aliquas probationes phantasticas, sed omnes alias scientias viuaciter intrare ostendit intellectui, quomodo habet virtutes diuinas penetrare, quae velandae sunt: etiam per naturam intelligimus illud, quod est, unde
plures

plures fatui & infames credunt, quòd nihil est: sed nos scimus, si haec res fit an non. Et ideo secretum hoc non erit notu~ ignorantì. Nam per scientiam talem, intellectus est expulsus superfluitatibus, quae ipsum remouet à tota veritate, & alio modo haec scientia nominatur vexillum & instrumentum philosophicum, per quod boni philosophi, & antiqui Poetae sensum ipsorum dixerunt ad quamlibet scientiam, ad intradum per hoc in omnem experientiam, per artem fiendam, secundum naturae cursum per realem notitiam.

Quomodo practica traditur per duplex instrumentum. Et quae sunt instrumenta quae dat.

C A P. II.

F Ili in hac secunda parte practicali fuit, & est intentionis nostre' practica~ tradere, ac modum practicandi duplici instrumento. Primum instrumentum est memoriua practica, aut recordatiua, vel recoliua. Secundum est practica operatiua, totum insimul mixtum, tamen successiuè, per modum & formam Alphabeti factum

Y 2 secun

RAYMVNDI LVLLI

secu~dum cuiuslibet regiminis determina~tio~em, & hoc vt melius regale magisteriu~ intelligas, & illud formare per arte~, ad faciendum & consequendum practicae factum quod est certu~. quonia~ ante oculos tuos actione tibi nota per experientia~ claram ostendemus. Et quia virtus principij currere, neque discurrere aut fluere non potest vsque in fine~, nisi virtute media, extremitatum copulatiua media~te, haec procedit à ratione: quia dicit, quòd nos formabimus per memoratiuam arte~ supra dictum instrumentu~, maximè cu~ ita fit prout dictatus nobis ostendet naturae realis, quòd theorica intellecta no~ debeat separari per vnu~ passum, nec elo~gari à practica scita. Nam vna format aliam, & suos corrigit defectus. Et ideo posuimus practicam memoratiua~ secundu~ hanc scientia~ in forma media, q' naturaliter exiuit de suis proprij extremitatibus, & sunt propriae extremitates sue', practica operatiua in secundo latere, & in primo sua soror. s. theorica. Et illa sunt veroru~ instrume~torum principia, que' integrant & perficiunt tota~ scientiam & artem, que' formatur per primum. Quia nunqua~ erit ars aut scientia, nisi primò inchoetur, & incipiat à suis certis principijs,

De

De secunda diuisione huius partis per instrumentum memoratiuum.

C A P. III.

I Ste liber, qui est dictus & nominatus secunda pars, diuisus & partitus est in quatuor operationes principales. Prima est dissoluere, secunda abluere, tertia congelare, quarta est materiam fixare. Prima & principalis operatio est in duas partes solutiuas diuisa, sicut in nostra theorica tetigimus, per primam facimus de pluralitate vnionem, per secundam de vnione pluralitate, prout tibi per honestam & pulchram doctrinam ostendetur. Fili omnes operationes istae tibi datae sunt intelligi per certas & determinatas distinctiones alphabetica, scilicet per modum Alphabeti A. B. C. & figurarum, & definitionum, mixtionum & applicationum.

*De prima distinctione, quae est de
A. B. C.*

C A P. IIII.

Y 3 Pro

RAYMVNDI LVLLI

P Ro prima distinctione, quae est A. B.

C. in prima operatione A. significat Deum Dominum nostru~, qui omnia creauit, & à quo omne procedit, B. significat argentu viuum, quod est communis substantia, stans in omni corpore corruptibili prout per eius proprietatem apparet. quia habet corrumpendi actionem & generandi, coniungendi, diuidendi, inspissandi, grossificandi, rarificandi, indurandi, molificandi, augmentandi, diminuendi, dissoluendi, congelandi, calcinandi, mortificandi, viuificandi, crudificandi, maturificandi, abluendi, dessicandi, humefaciendi, calefaciendi, refrigerandi, lenificandi, blandiendi, asperificandi, dulcificandi, amarificandi, confortandi, debilitandi, intrandi, ingressione facienda, tingendi, pondus dandi, incerandi, pascendi, impregnandi, ingrossandi, sublimandi, ac primum materiam facienda, desponsandi, ac primum matrimonium facienda corporis ac spiritus fixandi, obscurandi, & accendendi. Per hoc enim argentu viuum, sciant omnes doctrinae filij opera naturae per suas proprietates discernere, & plures ac multas ex illis per suam proprietatem reducere de potentia in actionem, & illius opera-

operationes secundum quod instinctus & institutio naturae vult regulare & ordinare. Et ideo tibi dicimus, quòd cum fit pater omnium liquabilium, propter convenientiam & communitatem suae propriae naturae, tene ipsum charum & secretum, & noli diffamare. Iste est materia naturae, sine qua aliqua res naturae non generatur corporalis, quae ab eo principium non habeat ab vna limositate, in qua est natura, quae operatur, percutit, & semper fabricat, sine suae transitu mensurae. C. significat salis petram, qui communem habet naturam & similem arg. viuo per proprietatem suae fortis naturae. D. significat vitriolum azoqueum quod corrumpit & confundit omne illud, quod est de natura, & esse communis argenti viui. E. significat menstruale, quod continet naturas trium dictorum totum simul. F. argentum finum, purum, & resplendens significat. G. significat Mercurium, quem scimus. H. aurum significat, quod tantum est honoratum. Quaestio, quare posuimus A. in hac arte, hoc est, quia fine Deo Domino nostro nihil creatum aut generatum est, nec opus inceptum, neque sine ipso consummatum, & quia ipse est efficiens causa principalis & finalis omnium crea-

RAYMVNDI LVLLI


turarum & operationum, digna & vera ratio nobis ostendit, quod praeponatur, & anteponatur, tanqua~ formator & creator totius creati, quodque ipso mediante ac sua immensitate Artista in hoc illuminetur opere, qui quidem coram oculis suis habere debet Dei creatoris nostri bona~, veram, fortem, ac principalem memoriam.

De secunda distinctione, quae est de figuris primae partis solutiuae.

C A P. V.

H AEC figura docet, quòd mediante A. Componuntur sex dictae figurae, pro prima parte solutiua, scilicet, tres triangulares, & tres circulares. Prima circularis figura significatur per E. & est facta de B. C. D. Secundus circulus per I. significatus, est factus à secundo triangulo, compositus de E. F. G. Tertius circulus significatur per K. factus à tertio triangulo, composito de E. G. H. & istae figurae tantu~ pertinent ad primam partem solutiua, quae magis propriè vocatur liquefactiua.

De.




De tertia distinctione, quae est de figuris, de secunda parte solutionis.

Y5 CAP.

RAYMVNDI LVLLI

CAP. VI.

Tertia distinctio docet, qualiter de dictis duabus figuris vltimis circulari-



bus, sci-

bus, scilicet de I. & K, in quibus est confusa prima figura de E. alia diuisione formantur duae figurae per modum, qui postea patebit in capit. subsequenti. Ideo sciendum est primò, quòd per figuram circularem de I. significatum est compositum, & compositio lunae, per aliam figuram~ circularem de K. significatum est compositum, & compositio solis, à dicta figura I. trahuntur, & exeunt. L. M. & N. Et iste' tres literae constituunt primam figuram~ sequentem triangularem tertiae destructionis, & ab alia figura de K. circulari sunt per diuisionem separatae O. P. Q. R. per quas est figura sequens constituta & facta quadrangularis, per hanc literam L. terra est significata per N. aer, per O. est significata terra compositi rubei pro sole, & per P. est aqua dicti compositi significata, per Q. est significatus aer, per R. significatus est ignis terrae nostrae rubae siue compositi, qui est dictus lapis noster. Et istae duae figurae tantum spectant ad partem secundam solutionem, per quam integrata est, & perfecta prima & principalis operatio, quae est dissolutio facta per reductionem illius in argentum viuum. opus est fili, quòd bene scias istud A. B. C, corde tenus: nam si vis
 practi-

RAYMVNDI LVLLI

practicam habere, quae fit formata per artem in ratione theoricæ, quae promptè veniet ad memoriam tuam firmam per nobilem intellectum. Si studuisti, etiam habebis habituatam practica~ in figura reali, quam in actionem ponere poteris ad tuum velle, sine vexatione magna. Et nisi corde tenus scias dictum A. B. C. practicare, non poteris, neque quid incipere, & sic à Deo impeditus eris, quòd nescies quid agere: quia ignorabis specierum receptiones, quas literae significant, neq; illas miscere tali modo, quo natura requirit, neque tuas facere mixtiones, quae tibi, & omni Artistæ practicali atque practicante opus est scire facere, vt dictae mixtiones sint operationes naturae, quodque dictae literae, vel ipsarum significata sint propria materia, & quòd ipsa postulat.

De secundo instrumento practicali, & primè de prima parte solutiua.

C A P. VII.


INstrumentum practicale, tantum valet dicere, sicut ponere theoricam, ad factum operatiuam, mediante instrumento, quod est memoria, quae tibi habet ostendere, qualiter dictae literae sunt figuratae
pro

pro prima parte solutiua, que' sunt sex figurae principales. Ex quo igitur tale instrumentum habes habituum, reduc illud in practicam, co~uertendo ipsum ad primam figuram, quae composita est de B. C. D. in modum, qui sequitur.

De figura triangulari, quae demonstrat principium practicae, & de intentione triangulari.

C A P. VIII.

S Vper hanc figuram sequentem, que' est prima triangularis, tibi ostēdimus prin-



cipium

RAYMONDI LVLLI

cipium districtum practicae & dicimus, quòd fit, vel fieri debet de duabus substantijs corporalibus, & vna substantia essentiali & accidentali, deportata in eoru~ ventre, prout per hanc figuram tibi repraesentabitur. Fili intentio, quare hunc triangulum facimus, est, vt de ipso per artificium, diuina bonitate de A. mediante, nos trahimus & habeamus tale menstruale humidum, temperatum à calore contra natura~, in quo & per quod metallica corpora possint in argentum viuum dissolui, quod est elementum omnium corporum liquabilem, & prima materia, & quòd in illo possit noster siccus lapis co~tinuari, de argento viuo creatus. Cùm ergo fili hic fit primus distinctus, & primus introitus in nostro magisterio, applica te ad puteos, vnde exit temperamentum libratim redditum, prout fili sine mora alterius tarditatis dicemus.

De prima dispositione, incipiendo opus in forma practicae.

C A P. IX.

T V in virtute ac honore de A. primò recipies vnam partem de D. & dimidiam partem de C. quae simul optimè mol-
len-

lentur & cribelle~tur super marmore subtiliter puluerisentur, & benè misceantur. ponesque in vna cucurbita vitrea, situata in furno, & superposito alembico, in quo per resolutionem secundantur spiritus, & condensantur, & lutabis incturas vasoru~, cum panno lineo impastato & madefacto in luto, facto de flore farinae, & albuminibus ouorum distemperato, vt proprietates triu~ Mercuriorum vnitae, scilicet salsuginosus, vitriosus, & aquaticus simul iunctae, & in vnum positae, non perdantur, vel non perdamus. Et aduerte, ne dicti pulueres in cucurbita positi non transcenda~t, neq; supere~t pondus octo vnciarum, & ad tempus abbreviandum, pones in alijs duabus cucurbitis, de pari puluere secundum pondus octo vnciarum in qualibet cucurbita, & illas colloca su^pra furnellos lo~gos, per modum, quem declarabimus in capitulo furnorum, nec pone nisi tres cucurbitas supra vnum furnellum: nam ignis non posset pluribus aequaliter ministrare, pro ut requirit mixtio naturae, & sint dictae cucurbitae collocatae, vna ab alia remotae quinque, vel sex digitorum spatio, & lurentur fundi cucurbitarum de terra argillata percussa fortiter cum pilis animalium
quan-

RAYMUNDI LVLLI

quantum illi fundi furnellum intrabunt per tria foramina summitatis dicti furnelli, & ad spissitudinem materiae, & pone cineres puros benè cribellatos subtus benè compressos ad spissitudinem quinque digitorum, & pone ad nasum cuiuslibet alebici phialam vnam vitream colli longi ad finem, quod continens illarum phialarum non sentiat furni calorem, ne aqua phialarum possit refluere, neque spiritus recedere aut fugere. Postea habeas lignorum ferraturas, de quibus prouisionem habeas magnam, & accipe duas partes, & partem dimidiam marci torcularis vindemiarum, aut de tomba minuta, vel de tanno sicco, & misce cum dicta ferratura. Et de tali compositione furnum tuum imple, pòst ignem tuum accende in duabus extremitatibus, & eu~ accendere permitte. Nam alius ignis non est tibi faciendus, quousque videbis distillare sex guttas aquae, vel 10. aut 15. vel 20. Et quando ad viginti distillaverit, fac ignem cum paruis lignis, siue busquetis lignorum siccorum, & sic paulatiuè incipe facere ignem flammae in directo materiae. Et vide, quando distillabit, quòd aqua fit clara, & quando erit ad quindecim puncta, & aqua erit clara, & fumi subtiles continua

tinua igne~ illu~ e'qualiter. Et si videas, quòd de quindecim pu~ctis ad duodecim reuertatur, aut minus, fortifica ignem, & continua secundu~ punctum suae distillatio~is, & postea tertio fortifica igne~ tuu~ de vno pu~cto vltra, & continua vsque nil plus distillet, & tunc dimitte ignem facere, & claude furnum tuum, & refrigerari permitte, & si aqua fit fina & clara sine aliquo colore turbido, vel fine turbulentia, hanc accipe & custodi, & phiala~ obstrue cum cera tepida, ne aliquid respiret, nec aer intret, quia statim corru~pere~tur spiritus, qui sunt subtiles per aere~, qui intrat plenum immu~ditia ac extranea natura. Recordare, quando incipies ignem facere lignorum siccorum, quòd vasa tua debent esse habituata de pasta supra dicta, atq; lineis pannis circumdata, phialaeque benè latatae ad nasos alembicorum, de luto eodem pone~do vnam palea~ inter nasum alembici & benda~lineam. Nam plerumque dum ignis operatur, aer vult exire & respirare, quando continentem no~ habet, qui eum possit retinere. Na~ calidus & calorosus est, & subiectum quod eum retinet, calorem excellentem pati non potest. Et ideo indiget aliquo loco, in quo valeat respirare. Aperi

Z ergo


RAYMVNDI LVLLI

ergo ei foramen, quando sufflare audieris. O pater, quomodo fecisti practicam ita longam? Fili, vt sit habituatus in omnibus rebus paruis & magnis, & vt habeas specialiter & generaliter ignium notitiam, & aliarum operationum, per praesens capi, & etiam omnium lutamentoru~: quia nostrae non est intentionis, quòd amplius de ipsis dicamus, cùm sapienti intuenti & intelligenti mediante praedicto nihil est ibi subtile. Et quia postea dicere potes, quòd menstruale foetens est ad tuum pre'ceptu~, quod est res vilis, per quam omnia corpora in eorum primam naturam breuiter conuertuntur, & est pura & propria origo rei mirabilis & vtilissime', sed cum intellectu claro ipsam cognoscere scias. Fili, menstruale hoc elementariè factum, est vnum corpus organisatum & aquosum, per altam virtutem, quae quartum elementum est, quod est ignis calorosus, quae miscet omnes res vniformiter, ad qua~ mixtionem homo non potest attingere, nisi fit ignis magister, qui de tribus rebus vna~ fecit per sua~ reductione~, prout vult natura, que' hoc vniformiter miscet cu~ humore, qui est principiu~ nature' maioris operationis. Quaestio, Pater quid est tertium? tu non posuisti. Fili, forma fine materia

materia stare no~ potest, nec res quaecunq; fieri potest, si forma defecerit, nec D. potest esse sine B. qui habet res formare, quae in mundo sunt, hoc est ar. viuu~, & inde nomen habet, prout in theorica dictum est. Sic dicimus de C. quod formatum est de B. quoniam sic vult A. propter quod probatum est, quod plus est ibi de B. quàm de C. vel de D. & haec est causa, quam per proprium nomem menstruale vocamus, & hoc est, quia in simplici vnitate seipsam collocavit cum magna potestate, qua~ lucrata fuit à tribus proprijs substantijs coniunctis in vnam, quae est intus, communis cuilibet corpori minerali & lapidi similiter, & est rei vegetabili subalternata, prout tibi traditum in proprietario nostrae praesentis artis. Quare tibi dicimus, cp bene eius virtutem agnoscas, ac suam potentia: na~ postea cu~ illa alias cognosces, que' sunt maioris pote~tie' & valoris

Quare in memoria habeas prima~ ipsi9 figura~, per E. significata~, que' est hic praesentata.

Z 2 De



RAYMVNDI LVLLI

*De prima parte solutiua per formam practice.
Et de liquefactione.*

C A P. X.

F Ili lucem mundi, vel partem ipsius oportet, vt nunc dissoluas per liquefactione~ omnium suarum partium, que' sunt substantiales & accidentales custodia~tur in trituratione facta motu ignis co~tra naturam, vnde stolidi delusores ignorant eius mensura~, & ideo hoc modo ficias, absque tangendo materiam pedibus aut manibus. Tu in virtute A. vnam vncia~ accipe de F. benè purgatam per capellam, vel cinericium forte. Et illud benè percussu~ in rotellas scinde per petias paruas, curtas & strictas. Postea in duas partes aequales diuide, & accipe duo vasa vitrea, solutoria nuncupata: sed melius liquefactoria sunt dicta & vocitata, quorum in hoc regimine forma & mensura tibi demonstrabuntur in capitulo vasorum, & in quolibet istorum duorum pone vnam vnciam cum dimidia de E. scilicet octauam partem totius menstrualis, proijce statim intus quolibet partem de F. & incontinenti non negligenter obstruas

obstruas os vasis suo cooperculo, & luta benè iunctura~ de luto ia~ dicto, vel de cera clara & mu~da, quo facto, pone in balneo Mariae calido per triduum, vt Deus det tibi bonam diem.

De liquefactione G. qui est Mercurius philosophorum.

C A P. XI.

F Ili vnam vncia~ accipias de G. & pone in phiala vitrea longi colli, in qua prius posueris tres vncias de E. & statim obstrue, vt nihil respiret de suo cooperculo, cum cera communi, & benè sigilla. & pone in balneo Marie' calido per biduum naturale, & post biduum in aquam claram reperies dissolutam.

De coniunctione & matrimonio dictarum liquefactionum.

C A P. XII.

P Ostea accipies F. & aquam in alia~ ampullam colabis vitream mundam, & vas multum benè inclinabis & cautè, ne terra de F. cu~ aqua colari possit, nec aqua turbari & dicta phiala~, vbi posueris aqua~ de F. obstrue, vt suprà de alijs dictum est,

RAYMVNDI LVLLI

& ad partem pone. Postea inco~tinenti super solutorium de F. quod debet dissolui, pone suum alembicum, qui districtè & sapienter iungatur cu~ luto suprà dicto, post hoc supra cineres cribellatos situetur, & ponatur inde supra furnellum, & fac primum ignem, facias que distillari, & humorem in phiala vitrea fume, & fac de sarrauris lignorum ignem, & quando humor quasi distillatus fuerit totus, fortifica igne~ de carbonibus paulatim, secu~dum quod videbitur ad punctiualiter calcinandum terram, sed à nimio calore custodi, nam vidimus, quod ad calorem solis factum est. Intellige bené, nisi velis fatuus fieri, & da hunc calorem continuè per vndecim horas, post furnellum obstrue, & vade dormitum, & de mane accipe tuum calcinatorium (quia sic nominatur propter operationem sue' proprietatis, quod tibi (offert) actus materialis) & infra projicies me~truale saepè dictum, in quo G, dissolutus est, & illud videbis operari, & furnum in altum ascendere, & metallum calcinari cu~ liquefactione, sed melius quàm antè obtura de proprio cooperculo, quod intra intus, & caue ne ponas in alium calorem, quousq; fuerit operatu~ sua propria virtute, & postquam

quam operatum fuerit, & requieuerit, luta benè iuncturam cum cera communi, & sic lutatum pone in calido balneo Mariae per triduu~ naturale, prout aliàs fecisti, quia fit expedit, postea aquam cela, & humore~ distilla, & calcina terram, vt suprà dictum est, & totiens reitera, quòd tota terra fit dissoluta per istud regime~ in forma liquoris, & semper limum solutu~, ad parte~ pone, vel oleum arte dissolutum, quod est substantia corporis per aquam depurata, & portata per aquam venti. Et quando totu~ erit dissolutum insimul coniunge, postea pone per mensem cum dimidio, ad putrefactionem in calore temperato, vbi vas optimè fit luttum cum suo dicto cooperculo, & sic debet fieri figura de I.

De coniunctione rubei.

C A P. XIII.

P Ostquam diximus de albo, dicemus nu~c de rubeo. Fili, corpus solis totu~ essenziale est respectu arge~ti. Ideo auisari debes, qualiter eum habeas transmutare, per que, & cu~ quibus: nam omnia ipsius opera co~cordant in vnus operationis essentia, si scias considerare illud, quod principaliter

RAYMVNDI LVLLI

philosophicè dicemus de aqua corruptibili, quae sua virtute magna liquefacit & fundit sole~ & in aerem superius fert, quod est nostrum secretum, & omnis alterius philosophiae.

De aqua corruptibili.

C A P. XIII.

T V in virtute A. recipe vnam vnciam aquae compositi argenti per alembicum distillatae, & in illam projice § de G. vegetabili, postea pone intus de auro fino, secundum pondus de G. Pòst pone in baneo Mariae per triduum, vel quatri duu~. Et infra illum terminum reperies, vt carbo nigrum, tunc infrà pone duodecim partes de E. pòst ad putrefactionem pone per mensem completum.

De alia aqua corruptibili.

C A P. XV.

R Ecipe duas § j. de G. vegetabili, & humorem eius per alembicum extrahe cum duabis vneijs, vel tribus aquae rectificatae simpliciter, quae est aqua viua, & projice intus tuum solem, quem dissol-
uere

uere volueris. Haec dissolutio est sub conseruatione suae forme'. Ideo sapientes Physici faciunt de illo potabilem aquam, separando per alembicum, pòst infra proijciunt de iure, vel succo lunariae, quantum volunt, & quòd vident aurum totum dissolutum in illa aqua vegetabili in colore solis, & sic de tribus rebus formamus figuram~circularem, significatam per K.

De secunda parte solutionis; qua est solutio & separatio elementorum.

C A P. XVI.

F Ili, quando totum album compositum per mensem cum dimidio putrefactum fuerit, nunc erit benè animatum, & virtutis magnae (&) benè appreciatum, & ab isto separabis elementa per modum, qui sequitur). Amouebis à vase, in quo tua est materia cooperculum, & super pones alembicam~ optimè lutabis, & in balneo Mariae calido pones, prout melius ac discreti9 scies, & sicut per nostram doctrinam ostendere. Et primò recipies aquam, quae per distillationem exiet per leuem ignem aequaliter continuatam~, quousque nihil distillari

Z 5 possit,

RAYMVNDI LVLLI

possit, tu~c ab igne cessa, & in frigidari per-
mitte. Postea vas accipe, & super cineres
pone in alutello, & paulatiuè vigorando
ignem in furnello, aerem distilla totum
cum suo igne mixtum, & illum recipe in
phiala vitrea, qua~ obtura benè, vt dictum
est, & ad partem pone, illud autem, quod
in fundo remanebit, cucurbitae combustu~
& arsum, erit tanquam terra sicca & nigra.
Pater quare aquae distillatio fit in calido &
humido, cùm aer distilletur in sicco & ca-
lido? Fili ratio est, quia substantia aquae de
natura subtili ostenditur. Quare opus est
illam aquam extrahi per substantiam hu-
midam & calorem subtilem multum, cùm
artificialiter non posset esse subtilior sepa-
ratio balneo Mariae, in omni quod visum
est, quia aqua stans in sui natura ignitione~
non sustinet, & ideo necesse ess, cp cum i-
gne per medium corrupto, separetur. Sed
aer & ignis, qui sustinent ignitionem, su-
pra cineres distillantur, quoniam partes
grossae & calores terrestres separantur, &
ad aera superius ascendunt. Sic diuides, &
separabis tria elementa, quae ad album sunt,
significata per L. M. & N. quia ad album
non est ignis, sed ad rubeum sunt omnia
quatuor elementa significata per O. P. Q.
R.

Quo-

*Quomodo Artista debet habere
terram fixam.*

C A P. XVII.

F Ili post hanc separationem babebis terram fixam, & quòd nihil ex ea possit amplius sublimari, & hoc post rectificationem quatuor elementorum, per quam secundum regimen est constitutum, quod est vnum de quatuor principalibus regimenibus, in hac separatione nitaris superare proprietatem Mercurialem in tua mixtione. Nam si hoc feceris, naturae victricis magister eris. Et hanc rem intellige in premista mixtione prima, prout tibi diximus in theorica nostra. Ideo tibi necesse est, cp Mercurialium proprietates superent proprietates foete~tis menstrualis, si velis inuentor esse preciosi perfectionis naturae. Fili ratione huius vocabuli 'pprietates tibi datae sunt oe~s res ad cognoscendu~, videlicet materiarum virtutes, & sicut in proprietario huius artis extitit declaratum. Ideo, quia proprietas quaelibet, quamuis non fit nisi vna omnibus mineralibus communis, veruntamen ipsa determinationem recipit à

RAYMUNDI LVLLI

pita sua causa, sicut visibilis experie~tia cum lumine claro nobis effectualiter ostendit post eius diuisionem per quatuor elementa, & sicut videre potes manifestè modo simili, quia proprietas, quae est in parte terrae dessicat multum, congelat & fixat. Et illa, quae est in aqua, refrigerat multum, dissoluit & lauat. Et illa, que' in aere est, humectat, madidat, lenificat & fluere facit partes discontinuatas, & quae in igne est, calefacit & tingit. Ad huc accipit haec proprietas aliam determinationem secundum materiam elementi sui in grossitie & subtilitate, per varietatem & variationem, propter quam sunt quatuor ignes principales obseruandi ad respectu~ substantie' proprietatum quatuor elementorum. Ideo, quòd proprietas, quae est in terra grossioris est substantie', & fixioris naturae, per qua~ contra ignem maiorem tolera~tiam habet. Ideo sibi proprius debetur ignis, secundum suae naturae exigentiam, & sic est de alijs elementis. Quare patet, quòd sub co~seruatione sue' proprietatis materia gubernatur per certos gradus excitantis caloris & stimulantis. Ideo, quando separabis elëmenta, respice, quòd materia non euacuetur à proprietate sua per nimium ignem

ignem vel excessiuum, nec contra naturam, * Na~ ad huc illa elementa sunt dissidentia & inimici mortales generationis, nisi Geometria regula obseruetur, cum qua trahere poteris per tuum velle aerem, & sine hac regula non. Fili hic est secre-

* Alias quia ambo hi ignes sunt destructores & inimici mortales

generationis.
 tum, quod valet melius omni denario, ad trahendum extra naturam, quae est verus Mercurius proprietate plenus. Fili practica~ tibi diximus, qualiter ea~ poteris extrahere, cum igne appropriato. Sed nuno dicemus totum nostrum instrumentum, per quod poteris custodire, & rectè ducere, & opus dirigere. Quando tu volueris aerem trahere à suo proprio hospitio, tibi opus est assimilare naturae tuum opus. Fili in subiecto vacuitatis sunt extrema & media secundum magis & minus, propter quod vnum elementu~ fugit in aliud, & in illud reuertitur, necessitate naturae, prout manifestè tibi exe~plificabimus, per aqua~, in qua dissoluitur tantum dem salis, quantum continuari potest in humdo aquatico respectu aeritatis salis. Qua propter tibi oste~dimus, quòd humidum est porosum, & foraminibus plenum, in qua porositate continuatur sal, quod est lapis naturalis in aqua deportatus, qui est dominus lapidis,

in

RAYMVNDI LVLLI

in sede sua esistenti. Fili fedes sua sunt pori & parua suarum aquarum foramina, quae primò erant plena aere nimio subtili, & pòst implentur de re se inspissante. Quare patet, quòd in quanto magis inspissatur, tanto fugit rarefactionem, & vadit ad condensitatem, quando pori & foramina parua implentur materia grossa, per euacuationem simplicis, quia nullo tempore est dare vacuum naturae, plus enim destrueretur, quàm illud possit pati, & ex hoc exemplum ostendemus, Physici in scientia ve~tosorum, & nos in extractionibus aerum naturalium. Vnde voluerunt aliqui philosophorum antiquorum dicere, quòd natura vacua erat ab omni entitate, quando ad se rem attrahunt à suo proprio gradu, sed non habent de natura profunditatem omnem. Ideo, quia quavis calor ignis consumat materiam aeris humorosam, & porosam reddat, dicta tamen materia adhuc habet dictum locum plenum non obstante, quòd attra hat secundum proprietatem naturae vacuae à dicto loco plus quàm perdidit, prout apparet in conualescentibus post infirmitates magnas, natura quorum plus appetit, quàm digerere possit, & tamen locus
ille

ille propriè secundum veritatem nunquam moratur vacuus omnibus entitatibus naturae. Sed solummodo à sua materia magis simplici, quae ibi participat secundum scientiam nostram sensibilitatis inter simplex & simplicissimum, quae sunt extremitates magis simplices, sicut est aer, in quo spiramus duarum extremitatum suarum respectu, videlicet elementi aquae simplicis & aeris puri simplicissimi, qui per clericos aether vocatur, quia propriè & post ignem existit, & si hoc erat verum, nullum elementum veram sphaeram haberet animationis & stationis, & maximè ille aer, qui vocatur aether, qui destrui non potest ab igne, neque per eius calorem corrumpi, qui semper sibi fit propinquus & iungens. Ideo declaratum est, quòd nunquam vacuitas data est naturae, quin fit de alto in bassis sphaeris, quia ignis ibi locum habet, sicut natura sua est appetens perfectione. Alio modo corrumperetur, & remaneret inanimatus locus nature', qui est sphaera circa unius elementi, vel alterius, & nihilo minus sine virtute, & fine attractione, & per consequens remaneret à fine vacua, quod non fuit aut erit unquam requisitum per naturam, quòd remaneat absq; illis potentijs,
quare

RAYMUNDI LULLI

quare vastata materia simpliciore, scilicet aeris, quae erat humorosa in hac sphaera, quae sibi data est & propriè sibi debetur per medium ponderositatis & leuitatis, deinde omni tempore in omni loco remanet altera simplex, quam ignis destruere neque vastare potest. Sed quantum ad hanc materiam simplicissimam, cum fit sufficiens, aut sufficienter occupatiua, vel repletua loci dictae sphaerae, secundum suam substantiam, ideò volens natura in dicto loco per suum instinctum & institutionem recuperare per restaurationem suae deperditae materiae cum re simili vel ei pari, desiderans semper ad suam perfectionem attingere recuperat eam in attractiua virtute, cum appetitu magno ad se trahendo aliorum elementorum substantiam per ipsorum rarefactionem, quousque natura debitum suum recuperauerit; scilicet illud, quod per ignis calorem perdiderat, & quantò plus locus euacuatur, tantò magis illorum elementorum natura attrahit per suum magnum appetitum, & habet maiorem vim maioris attractionis, vt tibi diximus, sicut apparet in condensatione aeris & pluuiarum. Et sicut videtur, quando natura vitalis in restauratione confortans,
recti-

rectificat membrum vulneratu~, quod est vna de partibus substantiae suae verae indiuidualis, in qua portatur, & ista est ratio radicalis & posse naturae, sine cuius intentione nihil facere potes, quia per istam elementa ascendunt & descendu~, in grossantur & rarefiunt, componunt & associant, disligant, & subtilia~t vi amoris. Et quato ignis simplicior est cum actio~e magna in dicto loco nature', ta~to fortioris deperditionis suae materiae est dictus Iocus continens, & per consequens attractionis fortioris. Fili si hanc rem intelligis benè, scies qualiter omnes res mundi per naturam factae sunt, & quomodo eas facere poteris respectu naturae, si aerem habere poteris qui per natura~ causatur. Sed animatio quitaie essentiae ratio~alis, nulla res est, quae sciat facere, nisi Deus creat illud. Ideo certas res habemus, & alias scientias multas, ad plures artes & scientias, de quibus haec est vna, quae est forma ad scie~dum omnes ilias, à subtiliori subiecto per natura~ causatas: nam illud quod facit natura, destruere possumus, & postea reformare intus ponendo naturam, sine qua queuis cura fieri nequit per physicum. Et hoc tibi datum fit ad diuidendu~ quatuor elementa, quod

Aa est

RAYMVNDI LVLLI

est maximum secretum, ad forma~dum instrumentum. Et sicut de albo composito fecisti, fac de rubeo, propter quae figuram sequentem aspice, quae docet, quomodo elementantur elementa, & qualiter vnum elementum intrat in aliud circulariter per artificium naturale. Figura sequens ostendit, quomodo elementa per artificiu~ constituunt vnum elementum rotundum: ita quòd minima pars vnus est in parte minima alterius, aliter non esset vera nec bona mixtio in terminatis corporibus, nec per consequens esset bonum ad aurum, vel argentum operandum.

*De operatione secu~di regiminis, quod est
lauare. Et primò de aqua &
aere, qui habet generare.*

C A P. XVIII.

F Ili quando diuiseris elementa lapidis seu lapidem per elementa quatuor, opus est vt ea purges per hoc regimen. Sed primò sciendum est, substantiam quatuor elementoru~ & eam cognoscere, vnde tibi dicimus, quòd terra & ignis similes sunt in substantia lapidea, & ideo necessaria est
praepa-

praeparatio ignis calcinatiui. Et alia duo, scilicet, aqua & aer sunt in substantia aquosa, & naturam aquatica. Et id circo opus et, quòd scias praeparationem ordinatam ad exigentiam suae naturae, quia aer & aqua indigent praeparatione; quae fit per septenas distillationes, aut plures, quousq; omni adustione vacuetur, quae venit ex parte menstrualis, & tunc quaelibet ipsorum plenus vera tinctura, manebit sine crematura vel adustione. Fili aquam & aerem distillabis ad partem quemlibet in sua rectificatione, & vaso per se, & feces aquae pones cum terra, quas in quilibet distillatione facies. Et post sextam distillationem pones vnam guttam vel duas super calidam laminam argenti fini & puri, quae si nigrescat, non est omni adustione sua vacua. Pone igitur ad septimam distillationem & plus quousque argentum dimittat absque corruptione nigra, & tunc habebis aquam vite, cum qua terram abluas, & Mercurium philosophicum, confortatium & medium, quod facit matrimonium tincturarum. Et sicut fecisti de aqua lune, facias de aqua solis, & sicut audiisti de aqua, sic etiam intellige de aere, & illud, quod remanebit post aeris distillationem, erit ignis tinctura totus

Aa 2 plenus,

RAYMVNDI LVLLI

plenus, & aurum & anima, & vnguentum philosophoru~, sine quo dictu~ magisteriu~ compleri non potest. Et intellige fili, quare dicimus, quòd ignis distillatur cu~ aere, & non cum aqua. Fili aqua non habet aeris officium facere, sed tantummodo lauare & no~ tingere. Na~ si tingeret, ignis absq; humore maneret. Quia aqua fugit ignem nec faceret tincturam fusibilem defectu humiditatis, ideo tibi dicimus, quòd distilles ignem per aerem, quia in qualitate lecordant, & aqua fugit ignem, quia induta est qualitate igni contraria. Per hoc autem discordant. Sed aer, quia est aqua magna digestionem tincta, est ole~, & etia~ tinctura fortis, & magnae mixtionis. Et ignis est sua tinctura, & corpus fortiter digestu~. Et spiritus est aer, qui ignem ducet. Considera fili ad ea, que' tibi diximus & dicemus scilicet, quòd velis operari lapidem humidu~, qui est substantia limosa ad aqua~ & terra~ tantum, quia de illis duobus procreabitur purum sulfur, & sulfur siccum velis operari ad ignem & aerem, cu~ ista sint tinctura & perfectio totius magisterij. Fili si misceas ignem lapidis cum Mercurio, statim sine separationem rubeus efficietur. Et ideo quando voles facere permanentem tinctu-

tincturam, sulfur tuum in igne lapidis rubifica, & omni tempore se amabunt.

De ablutione ignis & terrae.

C A P. XIX.

F Ili quando ignem voles abluere, primò separabis aere~, in quo quiescit per distillationem, & omnes feces, quae coloris sunt, inter nigrum & rubeum insimul pones, in quib9 pones suu~ po~dus de aqua prima, & postea totu~ distillabis, quousque no~ remaneat nisi ignis siccus, & hoc septevicibus reiterabis, & inuenies igne~ tuu~ rubeu~ in puluere subtili. Fili sic de terra facies, quousq; vacua fit ab omni humiditate, & humiditas, qua~ separasti à terra, est oleu~ albu~, multu~ preciosu~ p' incera~do, & quia naturae corporis magis participat, tantò ab eo difficiluis separatur, & per consequens tenetur pro re preciosiori pro complendo omne elixir. Et quando videbis terram inter ponderosum & leue in modum pulueris esse, pone de ipsa modicum super calidam laminam cuprí, & vide si de ipsa aliquid euaporet, quòd si non, ostendit quòd priuata est & mundata ab omnibus spiritibus suis, qui eam tenebant

Aa 3 inui-

RAYMVNDI LVLLI

inuitam. Custodi ipsam multum charè: na~ ipsa est magnesia, quae dabit tibi illud, quod petis post suam resurrectionem, & quando, sicut pre'diximus quatuor eleme~ta purgaueris, custodi ea benè, quodlibet ad partem in suo vase vitreo benè obturato cum cera, & maximè & specialiter oleum: nam aer subintrans statim corrumpet & consumeret propter co~uicinitatem naturae, quae in ipso est, quod quidem aereum est ac multum volatile, & tibi sufficiat quod diximus de benè lauando omnia quatuor elementa.

*De tertiae operatio~e, quae est creare lapidem
de suprà dicta substantia praepara§
ta, de quatuor eleme~tis.*

C A P. XX.

F Ili nostri lapidis operatio tertia est, cp tu reducas aerem, qui est significatus per M. post suam rectificationem cum O. qui reducitur cu~ L. quia ipsi duo sunt duo elementa sicca naturae fixae. Adde ergo O. de composito rubeo cum L. quae est de composito albo, vt mixtio, quae per co~fortatio~em fit, fit vtilior praeparatio de O.

& I.

& I. sic vt recipiant & recupere~t maiorem humiditatem per attractionem, quam in sua calcinatione perdidierunt, per quam priuatum est ab omni humiditate. Et ideo qua~do siccu~ est, & omni humiditate sua vacuum, specialiter libentissimè suum humicum aquaticum epotat. Et si tu nos intelligis, intelliges id, quod diximus in nostra theorica in capitulo sexagesimo tertio, quod incipit, Intentio naturae fili, & super illo, quod diximus de perfecta pre'paratione, quae succedit purificationem elementorum suprà dictorum. Fili haec praeparatio valet omne aurum: nam per eam lapides fini fiunt & preciosi ac omnes perlae & margaritae. Ergo fili ad consequendum dictam hanc praeparationem, accipias M. ad consequendum naturam, & suum affectu~ & illud diuides in duodecim partes ad po~dus de O. & L. quoniam medietas de M. ad plus est necessarium vt custodias, & cp alia pars fit aequalis ad pondus de O. & M. diuisum in duodecim partes, & qua~libet partem pones cum eo, & cum L. totu~ insimul mixtu~ infra vas simile alijs. Sed illud appellamus isto regimine Ymen . Postea obturabis vas tuum de suo cooperculo vitreo cum cera, & pones in fino, & ibi faci-

RAYMVNDI LVLLI

es enutriri in pascendo cum modica aqua primò, & postea cum maiori, sicut natura te docet in paruorum pueroru~ educatione. Et non fis lentus, neque piger de imbibendo terram de quindecim in quindecim diebus, secu~dum quod videbis, quod comedet & conuertet, nec te taedeat hoc opus multis reiterare vicibus, & quando reperies quòd erit congelatum & co~uersum, & siccum, pone in sicco igne per die~vnum naturalem. Postea da ei plus M. & fac totum vt tibi diximus: nam in isto opere non potes errare, dum tamen patientiam habueris in longo, & taedioso nutrimento. Fili videbis ibi tot, & tantos colores, de quibus no~ cures, quousque materia ducatur & terminetur in pulueres albos finos, vel in terram albae foliatae in colore margaritaru~ translucientiu~. Et si videaris in forma puluerum alborum subtilissimorum, scias quòd est maioris fortitudinis, & maioris virtutis mineralis sulfurei ad congelandum Mercurium, & transmuda~dum omnia metallica corpora post sua~elixatione~. Fili no~ volumus hic tibi longu~facere sermonem, ne tuus impediatur intellectus per verba. Na~ nostra theorica tibi fatis potest sufficere, q' benè conuertere potes

potes in practicam veram per hanc, quam tibi damus. Haec est res quaesita terra foliata congelabilis, noster arsenicus, sulfur nostrum, quod completum est ad album profacie~do medicinam ad argentu~, sicut tibi dicemus, cùm iam fit sulfur completum album non vrens, per quod medicina fieri debet.

De compositione sulfuris rubei.

C A P. XXI.

F Ili sulfur album accipies, & illud imbibes per imbibita~rotationem de aqua rubea post dissolutionem eius in dicta aqua. Et quando aqua in illo fuerit congelata ad medium sui po~deris totum album erit, tunc ignem carbonum fortifica: nam aliud facere non est opus, quousque videas rubeum sicut scharletum, pòst fortifica ignem cum flamma, quousque sublimetur. Fili, scito, quod sublimabitur, erit sulfur album, nobile multu~, & illud, quod remanebit in fundo vasis fixum, erit sulfur rubeum fixum, sicut sanguis, rubeu~, multum clarum & preciosissimum, & tibi hic fit oste~sum, quod illud, quod erat album, versum est in rubeu~ manifestum per igni-

Aa 5 tionem

RAYMVNDI LVLLI

tionem & ignibilitatem aque', quae ibi posita est per substantiam sulfuris albi essentialiter. Et de hoc fit tibi speculum substantia plumbi, & pro tanto tibi sufficiat traditio compositionis sulfuris albi & rubei, à quo per artificium quartae operationis beneficio elixir factum est ad complendum & transmutandum omnia corpora metallica imperfecta, & diminuta in verum aurum, & in verum argentum.

De quarta operatione, per quam fit compositio elixiris. Et primò de compositione lapidis, qui est primum sulfur.

C A P. XXII.

F Ili, quando velis facere medicinam, considera primò cui perfectioni praeparationis ducere proponis, & supra quale corpus vis projectionem facere: nam de illo corpore; supra quod vis facere projectionem medicine', debes in ea ponere, sed si ad vltimam praeparationem intendis ducere philosophicè, quale corpus imponas non est curandum, nisi solummodo argentum viuum, quod est medium & mediator omnium, & si non intendis, nisi ad
quan-

quandam subtilationis simplicitate~ frondem medicinam ducere, debes corpus, supra quod projectione~ facere velis, subtiliare, supponamus ergo, quòd fit supra stannum, tunc si tuum elixir compones, recipe duas partes cum dimidio argenti fini subtilissimè limati, & de illo fac amalgama cum quinque partibus argenti viui communis simul iungendo, & ducatur ac formetur ad modum butyri, quòd partes argenti dicti fentiri non possint. Deinde cape mediam partem Iouis, & illum funde tribus vicibus, & projice in aceto distillato, & amalgama, & ciba de vna parte argenti viui insimul molendo, quousque fiant vnum corpus. Postea illa duo amalgamata laua, quodlibet ad partem, cum sale communi praeparato, & in aceto distillato, dissoluto, quousque acetum exeat clarum, purum & mundum, inde amalgamata duo iunge, & iterum simul abluere cum sale & aceto distillato, molendo, & miscendo, & lauando, quousque acetum, vt supra clarum remaneat. Postea laua totum in aqua dulci, vt totum sal exeat, & desicca aquam ad solem, vel ad ignem lentum. Fili magisterium nostrum in duas partes est diuisum, scilicet, in creando lapidem,

RAYMVNDI LVLLI

dem, & componendo medecinam. In prima parte argentum viuum ponimus, tale, vt diximus in tota nostra theorica, & in principio nostri magisterij in practica positum. In secunda parte debet addi sulfur cum materia metalli. Fili sulfur est suus ignis, qui materiam digerit metalli, & argentum viuum, quod ibi nominatur loco medij, & stat inter sulfur & corpus. Et hoc tibi dicimus, vt in verbo rusticano non intelligas, neq; communi, sed in verbo philosophicali nos tibi dicemus, quòd alia sunt media cum extremis differentialibus, quia alio modo no~ possemus dicere, quando materiae sunt transmutatae philosophicè. Et ideo, quando philosophicè dicimus, debes intelligere de materijs iam tra~smutatis per virtutem, opusque philosophiae. Et quando rusticaliter dicimus, intelligere debes de materijs, quas natura communis omnibus gentibus creauit, accipiendo ab illa similitudinem. Ideo in verbo philosophico tibi dicim9, quòd alia media sunt, sine quibus tincturae fermentorum addi, nec misceri possunt cum tincturis vngue~ti rubei. Et ideo nobis opus est, vt tra~seamus ex eodem medio ad mediu~, donec simus in extremis, quae petimus. Fili cibamentu~,
quod

quod nos tibi dedimus, philosophicè loquendo, est vnum de medijs inter aquam & spiritum, scilicet, quando in puluere verum est per alterationem, Et sulfur & aer sunt extremitates: sed absque philosophiae voluntate tibi dicere poterimus, cùm ibi fit alteratio, quòd argentum viuum vulgariter intellectum, ratione suae similitudinis, est medium perfectiuum, multiplicatiuum, & completiuum elixiris, quia effectiuum est omnis fusionis metallicae, & totius ingressionis, ratione sui ponderis, de quo supra loquebamur ad voluntatem nostrae philosophiae in sua prima extremitate, quòd eum eleuauit de necessitate, & alterauit in sua speciali differentia. Secunda extremitas absq; voluntate philosophiae dicimus, quòd sunt metalla ad componendum elixir. Et alia media & extremitates, philosophicè loquendo, sunt materiae post earum purificationem mundam, ideo, quia inter sulfur & argentum viuum est puluis factus ex corpore; & argento viuo, & inter dictu puluerem, in quo est sulfur & finis magisterij, sunt duo argenta viua, quae sunt causa continuationis partium dicti pulueris in finam medicinam, & inter aquam, est calx, & aer. Fili totum initium & finis huius operis, fit

RAYMVNDI LVLLI


ris fit tantummodo per vnam solam operationem, quam vocamus propriè reductionem. Fili intellige benè potestate naturae, quae totum debet mutare. Sulfur nostru~ est terra subtilis, vel aqua sicca, in ventre cuius ignis naturae fortiter multiplicatus est, causa suae siccitatis est terminatio humiditatis calorosae, quam accepit à compressione ignis, qui est in suis visceribus & ventre. Fili argentum viuum est liquor inundans & fluens, praeseruans ignem à combustione & arsura, & aer est materia sulfuris, in qua compromittitur & comprimitur ignis per ingenium magisterij respectu naturae, quousque terminetur in terra~ siccam & subtilem, quae est sulfur, & sicut aer, qui est materia ignis induit eius formam in eo: ita argentum viuum est materia sulfuris, & conuertitur in ipsum ratione proprietatis suae naturae. Quare fili non mireris, quando res videbis mutari coram oculis tuis per potentiam sulfuris, quia multum calidum est & siccum, & calorosum. Ideo necessarium est, quòd proprietatem ignis habeat, videlicet aperiendi partes totius corporis, & argenti viui, & penetrandi ac terminandi, quia per calorem, quem habet in se, naturaliter aperit poros clausos &

sos & feratos. Et cum ignis fit substantia-
liter colligatus & collectus in substantia
subtili, cu~ tota illa etiam vaporabiliter in-
trat infra totum corpus, cùm eius substa-
tia, per qua~ ligatus est & collectus, fit mul-
tum sicca, terminat & congelat humidita-
tem, in quam intrauit, secundum sui calo-
ris informationem, qui est instrumentum
informatiuum & digestiuu~ naturae. Et sic
fili dictum sulfur nostrum habet virtutem
sigillandi & formandi simile sibi, & omne
quod petitur, & non retine~di in se. Et ideo
dicimus, quòd est pater & semen masculi,
per ignorantiam, cuius multi deciderunt
Alchymistae fatui & non experti, creden-
tes sine igne nature' fixare amalgamata, no-
custodie~tes rectum, neque rectitudinem
rei propriae, quae deberet eis deducere &
adducere ad perfectionem vere' digestio-
nis. Quia arge~tum viuum minerale res est
multum crudae, & grosse' substantie'. Qua-
re opus est, quòd fortis virtus sibi admini-
stretur, quae iuuet eu~ duci ad perfectio~em,
& de hoc largè fuimus loquuti in libello
intentionis Alchymistarum. Id circo fili in
nomine illius Domini nostri, qui pro pec-
catoribus passus est mortem crudelem,
incipere nostras alterationes philosophicas
facere

RAYMVNDI LVLLI

facere per hunc modum, faciendo primò signum sanctae crucis, ne diabolus tibi noceat, & intellige quado dicimus ar. vi. vulgare, hoc dicimus ad similitudinem illius, quod ei assimilatur per artem viuificatu: quia metallorum corpora differentia recipiunt per illum modum, per quem argentum viuum dissert à suis similibus. Et quando similes dicimus, hoc est ad differentiam purorum, & impurorum metallorum, & hoc tibi fili datum fit pro regula graui & profunda in tuo adiutorio ad componendum regalem medicinam in hunc modum. Accipias vnum vas vitreum cum longo collo, vnus palmi, & fundo rotundo, & ore stricto, adeo, quòd non possit intrare, nisi tuus digitus medius largè, & ad modum colli ampullae factu~, & habeat cooperculu~, quod subintret, & benè iungatur. Post recipe amalgama, & in sex partibus illius pone partem vnam lapidis nostri in fundo dicti nostri vasis. Pòst artificiosè pone tuum amalgama infra, sine violèntia ad longum vasis, & quòd cooperiat lapidem totum, modo tali, quòd lapis respirare non possit, quando sentiet calorem, nisi per medium amalgamatis: quia necessaria res est, quòd amalgama nostri
lapidis

Haec figura ponetur
folio 185.



lapidis vaporem accipiat, & in suo ventre retineat, & per illum alteretur. Postea colloca vas tuum suo cooperculo coopertu~, in furnello, inter cineres compressos vsq; ad quantitatem materiae, vel modicu~ minus, videlicet de spissitudine dorsi cultelli, vel minus, & hoc fac, vt videre possis alterari materiam, & post accende ignem, si vis, de puluere carbonum, vel de sarraturis lignorum. Et sic dimitte, vt paulatiuè calefieri incipiat, vel si vis de carbonibus, qui faciant ignem sine fumo. Et quando sentiet calorem, tunc calor sulfuris mouere incipiet, & quòd est in suo vapore inspirabit in substantiam argenti viui, & penetrabit, & co~gelabit amalgama. Primò in forma argenti fini, demitte ad huc ignem co~tinuari, quia metallica species tibi ostendet, quòd totum sulfur non est ad huc in vapore eleuatum, dum ad huc omnes suos affectus non praestitit, neque virtutes, nec ad huc intraueru~t ventre~ dicti amalgamatis, quoniam non debes intentionis esse, quòd habeas creare vnam petiam metalli per dictum sulfur, in quo metallo modica est virtus, sed creare medicinam, in cuius substantia sunt congregate' plures & multae virtutes, per quas, & in quibus facies

Bb postea

RAYMVNDI LVLLI

postea alia, quae ad miraculum sunt reputata, per omnem personam magnam & diuitem, nisi fit philosophus, qui suas agnoscat potentias atque virtutes, per quas operatur, & quas tibi dicemus, dum eas teneas secretè. Fili effectus sulfuris quem debet tradere & praestare dicto amalgamati, est, quòd ratione potestatis proprietatis suae, conuertit eum in finissimos pulueres. per mitte igitur eum continuare in tuo igne: quia aliter non habes facere, quousque videbis dictum amalgama in puluere in sua superficie conuersum. Et hoc totum fit in quatuor, vel sex horis, vel modicum plus, aut minus, secundum quòd ignis benè & discretè continuatus est, respectu proprietatis materie: sed statim, cum videris signum dicti pulueris, amoue à furnello ignem, & refrigescere per mitte, vt virtus ignis nostri non debilitetur. Fili si modicum huius sulfuris projiciatur per talem infusionem, vt tibi supra diximus, supra multum corporis, tali modo, quòd habeat potentiam super illud, statim illud reducet in puluerem multum subtilem, color cuius erit talis, sicut color corporis, in quo spiritus totus infusus est virtute diuina. Ideo fili habeas intellectum bonum multiplicandi dictam

dictam materiam virtute sulfuris primi, entequam facias medicinam.

De multiplicatione nostri secundi sulfuris, & proprietatibus eius.

C A P. XXIII.

F Ili non debes potentias omnium tuorum sulfurum ignorare, potentiae quorum duobus reperiuntur modis, secundum numerum graduum suarum virtutum, scilicet per signa & experientias, quae rarificant claro lumine ratione sensus. Fili virtutes punctualiter & gradualiter sunt colligatae & congregatae per augmentationem, & confortationem in substantia sulfuris nostri. Ergo tibi dicimus, quòd quanto plures habet gradus punctuales, tantò habet maiorem potentiam sua substantia alterandi omnia pondera binalia, & duplicia, quodlibet de decem numeris. & hoc agit propter dictae virtutis proprietatem, quae est in eius forma, per quam materia specificata est in substantia sulfuris, & si plus ponas, maiore virtute accipiet substantia succedere, propter pluralitatem virtutum captarum & collectarum in precedente substantia

Bb 2 exem-

RAYMVNDI LVLLI

exemplum ponamus, quòd primum sulfur in se non habeat, nisi quindecim gradus punctuales in numero virtutum, propter quam ratione~ vis experimentalis nos docuit, quòd sulfur, quod non habet nisi vnum gradum virtutis, reseruato pondere simplicis substantiae, alterat duo pondera, integra, quae possunt partiri, vel diuidi in 20. numeros, qui sunt dicti & nominati simplicia pondera. Nos numeramus pondera simplicia 1. 2. 3. 4. 5. & 6. 7. 8. 9. vocamus numeros co~positos simplices, & 10. vocamus numerum integrum, quia recipit relationem de vno, & ideo gradualis virtus nostri sulfuris correspo~det 10. & sic de alijs. Et ideo intellige, quòd per differetiam ponderum materiarum conuertibilium, & per intentionem & remissionem virtutis sulfuris, virtus specificat dicta~ materiam in diuersam formam, sicut declaratum extitit in tractatu graduum magnae medicinae. Igitur fili, postquam vna virtus integra punctualiter congelat 10. argenti viui in metallum perfectum per projectionem vnius ponderis supra 10. substantialiter, consequenter vnu~ pondus 50. virtutu~, congelat 500. ar. viui proportionaliter in metallum perfectum, quia nullo tempore
virtus

virtus minoritatem accipit propter diminutionem sui actus, quin operetur secundum proportionem gradus suae actionis, prout gradus piperis calidi in quarto gradu, sensibiliter operatur in natura humana, ac etiam pars eius propter virtute~, quae vniformiter stat in toto, & in tota substantia piperis, & ideo pars gradus similiter est in eodem gradu. Quia tantu~, quantum substantia & virtus potest co~tinuare, tanto mo~strat effectum propriu~ sue' operatio~is, que' dependet à sua gradualitate. Et si pondus vnus aut alterius proijciatur supra minus sui ponderis proportionalis, tunc faciet in illo metallo maiorem combustionem siue ignitionem, & in tanto vltra, qua~to igneitas & virtus suae potentiae extrahitur digerendo, & vltrà ardendo & comburendo. Et in quanto erit vltra proportione~ ponderis conuertibilis, intanto magis ac melius consequetur effectu~ alterationis perfectae, si pondus conuertentis non ei augmentetur proportionaliter tantum, sicut conuertibile est in substantia augmentatum vltra proportionem recti ponderis. Fili, per hanc intentionem si nos benè intelligis, potes habere verum pondus virtutum nostri lapidis, quousque tibi poten-

RAYMUNDI LVLLI

tiam ostendat simplicis ignitionis noventis, & est terminus & mensura, hoc est, quando congelat argentum viuum in metallum perfectum, & eum in speciem specificam auri vel ar. dimittit. Et quando dimittit eam in speciali forma sulfuris, id est, pulueris subtilis, tunc ostendit, quòd magnae ignitionis est, nec propter hoc eum minus apreciari debes, sed fortius honorare, cum ferri possit ad simplicis ignitionis terminum, per discretionem operatoris sapientis in doctrina, quam superius ars confert in substantia multiplicatiua. Ideo multae virtutes collectae in vno paruo subiecto, se extendunt & ampliantur in multam & magnam materiam terminantem eam, & portantem ad aliquem gradum perfectionis, secundum actionem potentie perfective, ac exhibitionem ponderum administratorum. Postea fili ad melius intelligendum partem illorum, quae diximus per experientiam visibilem accipere lapidis partem vnam, & ei decem partes arg. viui, administra amalgamati, vel simplicis, & vide quomodo terminabitur post ipsius transmutationem, si eum in forma specifica dimittet argenti, potes indicare, quam virtutem habet. Et si perfecte ar. vi. non congelat, minoris virtutis est, &

est, & tunc requirit, quòd pondus co~uertibilis debet diminui cum pondere co~uertentis augmentando. quod si dimittat argentum viuum in forma terrae albe' in vna massa, virtus eius ignificatiua dat tibi agnoscendum, quòd fortioris actionis est, qua~erat in principio, & ideo maioris valoris: nam quantò plus tenet vltra specificacionem formae metalli perfecti, tantò magis potest contra aliud arge~tum viuum, propter potentiam virtutis lapidis in ea diffusam. Et si in formam pulueris dimittat, tu~c signum oste~dit, quòd nobilis & fortis virtutis potentia munitus est. Accipe igitur vnum pondus illius pulueris, & appropinqua illud decem ponderibus argenti viui sicut suprà diximus. Et si transmutet in similes pulueres, debet iudicari virtutis excellentis. Continua igitur fili hanc operationem, quousque venias ad illum gradum, quòd vltimò mutat non solum arge~tum viuum in puluerem, aut metallum perfectum, sed solummodo in terram albam in modum massae frangibilis. Fili hoc est argentum viuum, quod mutatum est in formam perfecti metalli, & habet virtutem simplicis ignitionis ad aequalitatem sui numeri integri, sed quando haec virtus

Bb 4 respectu

RAYMVNDI LVLLI

respectu dicti numeri in co~positione medicinae nostrae non sufficit, cùm proportionabiliter se non extendit, nisi ad terminationem dicti argenti viui ad forma~metalli, & non ad terminationem suorum elementorum, quae in medicinam debent terminari, nisi hoc per aliud pondus fieret, & per ingenium subtile in decoctione longa. Ideo ponere no~ debes ad finem, quòd non erres, nisi fis multum efficax in scientia & arte, nec adhuc in forma pulueris, quia ignitionis nimiae foret, & cremaret ac arderet elementa simplicia. Et quando simplicia dicimus, hoc est ad differentiam substantiae fermentabilis, qua~ in elixiri ponimus, nec poterimus tibi eius temperamentum ostendere: sed illud, quod in formam terrae mutatur totum in massam fragibilem, illud est contemperatiuum medium simplicis ignitionis artificialis, ad creandum medicinam immediatè, & co~seruatiuum omnium suorum elementoru~. Contempera igitur sulfur tuum, quousq; venerit ad passum terrae, qua~ massam fragibilem appellamus. Fili, de quantis numeris integris successiuè co~uertet, tot virtutes integras habebit. Quando igitur de virtutibus suis volueris experiri, noli de to
to la-

to lapide facere experientiam, sed de parte minori, qua poteris, & aliam ad partem pone, quousque videris, & sciueris quot virtutes, & quantas potentias tenebit. Et quando scies virtutum suarum potentias, adde ei, & da cibum secundum proportionem sue' fortitudinis. Et quia eius virtus est decem ponderum, proportionabiliter ei addere debes & administrare argenti viui 100. pondera, & si 15. adde 150. & si 100. est supra 1000. Nunc igitur pone in actu reali, postquam sciuisti, quantas virtutes integras tenet lapis in minori parte. Quando dicimus minore~, hoc est, propter mediam rationem loquendi, & sic intelligere debes, si multiplicare velis lapidem materialiter, et si certitudinaliter scias, quòd in se teneat vim 50. integrarum virtutum, tu capies totum lapidem, & pone in 450. pondera argenti viui amalgamati, vel non amalgamati. Quia de quolibet denario subtrahatur pars decima, & hanc subtractionem facimus, vt materia non terminetur in metallum perfectum. Et tunc ipsius ignitio esset hebetata & minorata. Ideo de quanto illud minus ascendit de substantia argenti viui, de tanto plus est superans in actione virtus diffusa, quae est in sua sub-

Bb 5 stantia.

RAYMVNDI LVLLI

stantia. Et hanc magis facimus secundum temperamentum rationem. De isto igitur fili medicinam creabis, sicut dicemus: sed primitus dicimus tibi multiplicationem virtutis dicti sulfuris. Fili, nos vocamus sulfur, totam substantiam supra dictam in terram conuersam per primam nostri lapidis virtutem. Hanc igitur accipies, & de illo capies vnam partem, secundum proportionem ponderis materialium, quae ponere vis in elixiri. Nam opus est tibi, quod de ipsa fit decima pars, & totum residuum sulfuris pone in ampullam cum longo collo, & illam in calore serua. Si velis, quod virtus de pluri multiplicetur de mense in mensem, da ei de argento viuo 50. partem ipsius in ampulla, quam firmiter claude: nam aliud non est tibi opus facere. Sic habebis in re tua, & domo duplices mineras pro regnando in Dei seruitio, sed scias tenere secretum. Fili tibi dicere non possemus huius rei potentiam, quia innumerabiles sunt, si tibi scimus terminum dicere fines huius mundi, cum eius potentia, aut multiplicatio fit infinita, quia infinita eius erit duratio. Nos dicimus infinita, non simpliciter, sed ad differentiam vitae hominis, & durationem huius mundi.

De

*De fixatione, vel de confectione
medicinae.*

C A P. XXIII.

F Ili, tibi praecipimus, quòd capias duas partes cum dimidia argenti fini, fac inde, vt tibi diximus amalgama in capitulo pre'cedenti de multiplicatione lapidis. Postea ad de ei partem vnam dicti sulfuris vltimatè congelati, & postea misce totum simul in vitreo mortareo molendo, donec totum fiat vnum corpus. Postea elixir tuum humecta cum vna parte aque' suae, & nutri totum in calore febrili, sicut in creatione nostri lapidis fecisti, hanc continuando de coctione~, quousq; aqua super eum fit congelata per viam sublimationis. post paulatinè igneum fortifica, quousq; ad vltimum per expressionem ignis, omne quod est volatile sublimetur. Scias tunc, quòd corpus efficitur & vertitur in volatile per potestatem volatilium, quod detulit rem fixam. Postea quando vas erit frigidum~, accipe illud, quod est sublimatum, & cum vna alia parte aque' suae iterum supra feces repone, molo, & imbibendo, & assando secundum quòd natura vult, coque & sublima. Et sic amodo
conti-

RAYMVNDI LVLLI

continua dictu~ regimen vigorando igne~, quousque duae partes aquae fixae sint cum terra. & quòd de illa nihil possit sublimari. Fili omnium istarum fixationum regimen fit in tali vase, quale est illud, in quo reductiones sunt, nec est differentia inter fixationem & reductionem, quantum ad regimen faciendi, nisi quantum ad intentione~ fixandi, & non tantummodo indurandi. Et ideo debes ignem tuum multiplicare in fixatione, vt humidum fixetur in igne per ignem, & semper reuerti debes illud, quod sublimatur supra rem fixam manentem, quousque totum fixum fit, quia sulfur antè dictum, cùm fit fixum & coagulatum per suam proprietatem, & à se congelatu~, naturaliter coagulat suum Mercurium, & hoc est per frequentem sublimationem supra rem fixam reiteratam, & hoc facimus, vt dicti sulfuris partes sint in dicto argento viuo benè continuatae, quod est de suo proprio naturali humido. Fili, si scias benè ab extra disponere naturam, erit tibi & ipsi sufficiens eundi ad perfectione~ totius rei, de qua indiget. Quia ipsa, cùm fit multum sagax per suum instinctum, est multum sollicita pro appetitu naturali ad incerationem sui corporis, cuius sollicitudinis non
habet

habet finem. Et ideo tibi fit declaratus naturae motus, quod est instrumentum, per quod omnia facit. Fili, si ab extra scis naturam benè disponere, ipsa sufficite~ter ab intra operabitur, vsque ad vltimum sue' perfectionis passum. Quoniam sui motus, per quos intrabit, & ponet, ac iunget siccu~ cu~ humido, & continuabit humidum cu~ sicco, ita fortiter ei adhaerendo tali ordine actum magna vnitate, quòd melior ac certior homo mundi no~ posset, aut sciret co~siderare, quàm magna est perfectio naturae, ratione & causa motuum adhaerentiu~, quae sunt propinquiora instrumenta suis operibus. Quare fili tibi fit intellectualiter reuelatum, quòd ratione complendi omnes motus ante dictos tarditas praeparationi debet esse in nostro magisterio, vt natura transire non possit motus suos per lineam transuersam, que' mouetur ab impedimento contrario, sicut est nimis citò co~plere, videlicet antequam naturae motus per successionem ordinis naturalis fit co~tinuatus intentione rationis perfectiuae. Ideo fili recapitulamus, quòd natura certum habeat tempus ingrossandi, & impregnandi, & certum habet tempus pariendi, certum nutriendi, & certu~ operandi. Ergo
fili,

RAYMVNDI LVLLI

fili, quando terram impregnaueris, expecta partum, & quando peperit, nutri eam vt infantem, quousque pati possit totum ignitionis ignem. Et tunc de illo facere poteris multum nobilem proiectionem, propter quod ad implendum, vt supra dictum est. Et Morienus dicit: Creatio hominis fit tibi speculum.

De fixatione aeris.

C A P. XXV.

S I vis fili scire finem, qui est nostri magisterij perfectio paterna doctrina traditum, hoc est, quod reuerti facias dictam materiam non fusibilem ad perfectam liquefactionem, opus tuum assimilans modo naturae per reiterationem, ac mollificationem, & quod partes discontinue, sint continuatae per talem humiditatem, quae supra omnes humiditates alias habeat morari, ad calorem cuiuslibet ignis sine exhalatione aut terminatione ipsius, vt assimileris fili in hoc passu operi nature, in quantum est possibile tibi dicimus, quod ipsa in radice incerationis non cessat suum incerare corp9 cum humiditate fusibilium, scilicet sulfuris, & argenti viui: quia nul-
lum

lum aliud corpus magis conueniens natura reperit, quàm in sulfure. Sed benè credas, quòd totum procedat ab argento viuo, & ista humiditas non est terminatiua, neque consumptiua, sed potius perfectiua radicalis, multùm subtilis, in qua naturalis calor omnium fusibilium, aut liquidibilium, co~caescit, quam obrem natura ratione eius instinctus desiderat multum stare in esse, & in specie per longum tempus in suo esse perpetuali indiuiduali. Ipsa ratione suae perfectionis ordinauit, & stabiliiuit in nutrime~to caloris naturalis tale humidum, sicut dictum est suprà, & infra illud posita est. Ideo fili naturae sagaci assimilando debes pre'parare per exuberationis viam illam, seu similem humiditatem. Na~ sicut vides, quòd natura susceptiua in creatione hominis formauerit partes menstruales, non solùm nutrimenti sufficientis ad restaurandum rem deperditam, sed ratione deportandi, ac ponendi ipsum ad maius crementum in te~pore suo. Ideo natura dictas partes spongiogas formauit, vt magis de humiditate nutritiua recipia~t, & nutrime~to, quàm deperditio ipsius ascendat. Et ideo re perdita restaurata remanebit ad huc illis partibus spongiosis magna

& no-

RAYMVNDI LVLLI

& notabilis quantitas nutrimenti, quam quidem capit foetus à substantia indigesta per vmbilicum, quamuis nobilior fit sine comparatione illa, quae superius ascendit ad mammillas propter necessitatem finis, quòd nutriat infantem post puerperium, quousque valeat comedere panem. Ideo, quia omnis res vitalis re multu~ temperata indiget. quare natura limitata, omni tempore in suis operibus est hoc facere ingeniata, & sicut in membrorum humanoru~ formatione prima sufficit quantitas parua feminalis principij: simili modo parua sulfuris quantitas sufficiens est ad creandum medicinam, sicut per dicta nostra praece-dentia manifestum exitit. Sed ad crescendum, & augmentandum illum, & benè perfectè nutrire opus est tibi, quòd exuberare scias dictam humiditatem nutritiuam, assimilando naturae ratione nutrimentu~, quia hoc sciendo est magisteriu~, & perfectio totius alti secreti huius artis & nobilissimae scientiae, & facies sicut tibi dicemus post elixiris incerationem. Ergo fili, quando aqua erit cum terra fixata, imbibe eam cum rorida imùbibitione cum vna parte sui aeris. & pòst pone ad mollificandu~ in fimo, vbi fit pepanticus & paruus calor,

Ideo,

Ideò, cp cu~ dictis terra & aqua miscebitur per motum, quem in sua contritione facit natura, pòst pone ad sublimandum paulatiuè ignem augme~tando, quousque illud, quod volatile erit, fit sublimatum, & humidum cum sicco misceatur. Post hoc pone volatile supra fixu~ cum altera parte aeris per modu~ roridae imbibitionis in principio lentum ignem, & postea fortiorem faciendo. Et sic reitera, quia nihil aliud opus est tibi facere, quousque per reiterationem continuam sublimationis, & motu continuo tota res fixetur in vna parte cum dimidia aeris. Et tunc per diem naturalem fortem continuabis ignem, & per secundum diem naturalem fortiorem, & per tertium fortissimum, sicut est ignis ad funde~dum cuprum, & sic aqua mediante, aer fixatur in terra, quia natura terrae alleuiatur & subleuatur à natura aeris, & natura terrae continet in se aeris naturam, & aqua similiter, & hanc ipsa retinet. Quia vult perfici à natura calida aerea, & docet naturas aquae & terrae debellare contra ignem per sui concordantiam amoris. Nam in amorem conuerterunt, & fugiente~ in pigrum, quando aer obuiam prosequitur fugientem, & auis non plumata volucrum plu-

RAYMVNDI LVLLI

matam retinet, quòd non possit euolare. Fili pone spiritum tuum, ad intellige~dum quae dicimus: noli potare, nisi comedas, nec comedas, nisi bibas. Hoc tibi dicimus ratione imbibitionis vniformis, quam habes facere de humido cum sicco vicibus successiuis, ad dictae creationis instantiam exemplo naturae ad iuuandum calorem naturalem corporis transacti à latitudine temperamenti siue à distemperamento, sicut homo senex, propter sui temperamenti habilitatem, hoc modo non debet vti, videlicet, quòd non bibat nisi comedat, & è conuerso: nam partes siccae habent fluere in humido & continuari in illo, & simplificari ad naturalem calorem confortandum. Et ideo in fixione aquam miscemus in terram paulatiuè, & sic conuertitur, & cum illa ligatur & fixatur potentia naturae. Et deinde fixatur aer super illam, quousque per victum victus vicentem vicerit, quia quando aqua est mortua, tunc aer fixatur, & no~ antè. Nam aer ignem nutrit, sicut aqua terram, & ignis à limositate aeris viuit, & aer à limositate aque', & aqua à limositate terrae. Fixa ergo fili primò aquam in terram, vt aer in ea fixari possit, quia natura sic vult potens, & si aquam interfe-

terfecisti, omnia alia sunt mortua & occisa, aqua tamen siue terra non fixatur, & ideo dicit philosophus hoc versus, Co~surgit nullus nunquam sine corpore fructus. In quo dum moritur semen fructum dare fertur. Sic cibus in stomacho fomentum suscipit intro.

*De inceratione, quae dat fusionem
elixiri perfectam fixationem.*

C A P. XXVI.

Q Vando fixaueris aquam supra terram, & aerem supra aquam successiue, sicut tibi diximus, tu accipies de medicina § vnā & illam pone in crusibulo terreo supra ignem leuem, & statim, vt sentiet calorem è gutta supra guttam, post guttam de oleo suo albo, scias quòd oleu~ omnes ipsius penetrabit partes, & insensibiliter corporis profundius intrabit elixiris, & ponet se ibi, & reddet enī fusibilem ingredientem, & benè intrantem. Tunc recipe de ipso modicum, & tenta ipsius fusibilitatem supra cupri laminam ignitam, si resoluatur vt cera sine fumo creata est medicina, si non & det fumum,

Cc 2 repo-

RAYMVNDI LVLLI

repone ad incerandum supra ipsum de oleo suo eguttando guttam post guttam, quousq; faciat signum suprà dictum modo praedicto. Postea infrigidari permittite: quia elixir est completum, & impreciable precium, quod omne corpus diminutum & imperfectum conuertit in infinitum, limificum, verum & bonum. Projice igitur de ipso pondus vnum supra 1000. argenti viui vulgaris abluti cum sale & aceto, & conuertetur in puram lunam meliorem, quàm de minera in omni probatione approbata. Et similiter supra quodlibet corporum imperfectorum si projiciatur, statim post humiditatem radicalem in ar. verum transformabitur.

*De exuberatione humidi nutriti-
tis, vel nutritiui.*

C A P. XXVII.

EXuberatio humidi nutritiui, & nutriti filii non est aliud, nisi appropriare nutrimentale ad temperamentum proportionale qualitatibus nutriti, vt non fit nimis frigidum, aut calidum, aut nimis crudum, aut multum coctum. Quia si nimis frigi-

frigidum, mortificaret conuertentes virtutes. Et si nimis calidum, suffocaret & extingueret digestiuam virtutem. Et ideo est opus, quòd omne generatiuum sulfuris, & argenti viui habeat potestatem calefaciendi & humectandi, secundu~ rationem, & posse nutrimenti, vel per se, vel per accidens. Et quae per se calefaciunt & humectant, sunt duae res, de quibus vna est, quasi principium efficie~s, scilicet, digestio perfecta talis, qualem facit natura, & illam in vna hora facimus per retrogradatione~ multum cocti in crudum sufficiens, & per graduationem successiuam multum crudi in coctum sufficiens. Alia est sicut medicinalis cibus, qui est habilis & aptus choleram generare calefaciendo, & dessicando, & per consequens congregandi phlegma, quod humectat refrigerando in in-frigidando fixum non retinet. Et ideo dicitur aqua contra naturam. Sic ipsemet est aptus & habilis, nutrimentale ac nutriens humidum generare, quod est sicut lac, quod in sanguinem co~uertitur: nam tunc secundum exuberantiam humidi exuberati ipsum ratione suae notae mutationis calefacit & humectat argentum viuum, quod est sulfuris cibus, & hoc est in tanto,

RAYMVNDI LVLLI

quod est spiritualis sanguinis generatiu~
quia de substantia sanguinis, qui est humi-
dum exuberatu~ spiritus generatur in sub-
stantia corporis medicinalis. Et de illo nu-
trimentaliter vigoratur ipsa praedicta sub-
sta~tia. Quare fili recollige in te ipso per su-
prà dicta, quòd ad multiplicationem sul-
furis & ar. viuorum necessaria est ipsorum
perfecta exuberatio, & digestio cum apti-
tudine maioris & largioris generationis
spiritus sanguinei, sed ar. illa viua, quae de
ipsorum natura non sunt apta, nec habilia
generare spiritus viuificatiuos absolutè, si-
cut sunt omnia genera menstruorum per
accidens muitiplica~tia, & in alijs generan-
tia & procurantia generare: sicut aqua ve-
getabilis Mercurij, quae à natura sua habi-
lis est & apta phlegma generare, tamen si
concordat & gaudet in calore, & siccitate
sua complexione, multiplicat spiritum vi-
uificatiuum. Et ideo haec aqua multiplicat
sulfur, quando proiecta est in ventribus
masculorum cholericorum. Et quando in
ventribus foemellarum proiecta est chole-
ricarum argentum viuum multiplicatur
multum temperatum, & fortiter exuberat-
um à calore & humido. Itẽ~ medicine, que'
potentiam habent amouendi omne illud,
quod

quod prohibet spiritum nostrum, & ipsum procurant generare, sunt ignis lapidis. Fili speciale fermentum, si fuerit gradualiter subtiliatum & digestum, tunc propinquius est metallo, quàm fit lapis. Et ideo sic reuertitur lapis in naturam metalli, quando de puro sanguine fuerit totaliter imbibitus, & non antè. Quando igitur talem sanguinem habere velis ad imbibendum nostrum lapudem per roridam imbibitionem, pone supra corporis substantiam, à quo sanguinem extrahere volueris tantum de puro Mercurio, quod superet quinque vel sex digitos in vitreo vase longi & sticti colli, & fac subtus ignem paulatiuè, vsque quo videris sanguinem supra Mercurium eleuari. Et omne illud, quod per liquefactionem dissolutum fuerit ad partem pone, & adde alium Mercurium. Et hoc opus continua, quousque sanguinem suum habeas in liquore dissolutum, post per alembicum ipsum distilla. Et tunc argentum viuum reperies maioris caloris, quàm erat ante sui exuberationem. Item si ipsum magis exuberare quaeris, pone in aliud corpus, & fac vt diximus, quousque traxerit ab eo totum viuificatiuum humorem: tali modo noster lapis altè ad

RAYMVNDI LVLLI

coelum ascendit, & portetur in ventre ve~
ti, scilicet arge~ti viui. sic tuam exuberatio-
nem accidentalem facere potes, & illam
multiplicare semper in aliud corp9 ad tuu~
velle, & si fis ingeniosus ac subtilis no~
proijcias terras, quae sunt nigrae, & siccae: nam
cum illis potes plures facere res instinctu
& institutione, multosque lapides creare.
Si fis ociosus fili, quòd nescias quid face-
re, inter magisterium nostru~, & fatis habe-
bis facere, tantu~, quòd nullas diuitias mu~
di appreciabis vnam botonem: quia scies,
quòd omnia preciosa mundi ad plenas
quadrigas ab vna re vili exitu~ habuerunt.
Fili res ista ab exuberata fermentatio~e, fa-
cta est ratione elo~gationis corporis à suo
vero temperamento, & aqua ad suu~ men-
struale & appropriationis istius ad metal-
lum. Si ergo iteru~ post distillatione~ corpo-
ris dissoluti aliud corpus noui metalli dis-
soluas, illud, quod postea dissoluetur, ap-
propinquabitur maiori ferme~tationi pro-
pter virtutem impregnatam, & exubera-
tam, & melius proportionata~ à natura me-
talli, pura per humidu~ radicale. Et sic per
extrema & media, opus est tibi facere exu-
berationem nostrorum argentorum viuo-
rum. Ideo quòd secundum melius valet,
quàm

quàm primum, & quartum, quàm tertiu~, sextumque, quàm quintum, saluo quòd quodlibet conseruet suam perfectionem, secundu~, quod eius natura exuberata fuerit. Et ista multiplicatio semper fit perpetuo, & hoc est causa & ratione virtutis mineralis magnae & excellentis, quae in aqua nostra est, per quam lapis, qui no~ est lapis, delatus est de potentia occulta in actione~ manifestam, & à virtute longinqua, & remota in virtutem propinquam per certos operationis gradus, qui sunt infra temperamenti latitudinem ac intemperamenti. & sic se appropriat natura ad perfictione~ suam. Scias ergo fili, quòd in qualibet forma sunt gradus, per quos corroborata est virtus per fermentationem & exuberationem. quia res temperata refrenat & arrestat rem intemperatam, & eam multiplicat in virtute. Operatio nostra fili non est nisi discurrere per totam temperame~ti latitudinem, & intemperamenti. Et vltra illam artista transire non tenetur. Et si tra~scat, vltra nostrum erit magisterium.

De compositione elixiris rubei.

C A P. XXIII.

Cc 5 Tali

RAYMVNDI LVLLI

T Ali modo penitus practicam conserua~do, qua factum est elixir ad album facies elixir ad rubeum, quia no~ est in praticando differentia, dum omnia elementa rubea sint, & sicut albu~ multiplicaueris sulfur, multiplicabis rubeum loco argenti, aurum finum imponendo. Et quòd aqua Mercurij fit primò cum igne lapidis rubificata per sola~ decoctionem, & componatur medicina de tribus fermenti partibus, de tribus aquae, & tribus aeris, & vna parte cum dimidia ignis. Et quando eris ad reductione~ aeris, sublimationem reite~ra, quousq; tota simul fixetur, & pòst co~tinua tres ignes, quos diximus ad albu~ ad finem, cp elixir melius fixetur & depuretur per digestionem de optesis. Fili haec optetica digestio dat medicinae potentiam & actionem, quam debet facere, quia per eam terminatur humiditas & ignis digeritur. Postea tuum elixir trahe, & pone, & in~cra infra vnum crucibulum cum igne leni absq; timore fugae ipsius, & pota eum de oleo suo rubeo guttatim, quousq; fundere videas, sicut cera, & sine fumo, & sicut stannum supra ferrum ardens, & tunc erit factum vnu~, stans, profundans, penetrans, consolidans, tingens, & permanens, de
quo

quo projice vnum pondus supra 1000. lunae, vel argenti viui abluti cum sale & aceto, & transformabitur in verum & perfectum aurum ad omne~ probam, & melius, quàm de minera, in omnibus proprietatibus suis. Fili tibi dicimus, quòd nostrum aurum & argentum nostru~, non sunt auru~ & argentum vulgaria, quia ipsorum tincturae addimus magnum igneum additamentum, & facimus eis tradi, & concedi perseuerantiam magnam in igne, per eorum proprietatem operationum nostraru~ notarum, atque bonarum multaru~ vtilitatu~ ad omnem expellendam infirmitatem.

*De perfectione & melioratione omnium
medicinarum.*

C A P. XXIX.

F Ili, si post projectionem vides, quòd metallum in aliud metallum conuersum & transmutatum per medicinam, vel si medicina tua non erit de fatis sufficienti colore, addatur dicto metallo magis de dicta medicina. Et si rubeum habeat nimium colorem (nam album nimis habere
non

RAYMVNDI LVLLI

non potest) non ponas tantum de medicina, & si posueris, adde plus de metallo ad transmutandum & conuertendum, & si medicina tua non remaneat, vel plenè non resistat contra ignem, defectus est fixio~is. Vnde sua deficit ingressio, & indiget succursu, vel per reiterationem solutionis & congelationis, vel per sublimationem de parte non fixa, supra rem fixam, quousq; accipiet resistantiam contra ignis asperitatem. & si videas, quòd fundi non possit, nisi violentia & grauitate ignis, defectus est bonae incerationis. reintegra igitur, & supple per incerationem olei lapidis, guttatim supra ignem lenem proijciendo in crucibulo, vt suprà, quousque cera fluat. Fili qua~do incerare velis, adhuc magis pones de re calida & humida, quàm de re frigida & sicca. Sed quando operaberis sub intentione fixandi, pone tu~c plus de re frigida & sicca, quàm de calida & humida. Intellige, quae dicimus, quia huius operis perfectio nihil aliud est, quàm naturarum mutatio.

Quomodo medicinae se multiplicant de bono in melius: & de vno in plures.

C A P.

C A P. XXX.

Q Vando perfeceris dictas medicinas, & de ipsis proiectio~em feceris, duobus modis potes artificialiter multiplicare illaru~ virtutes. Primus modus est, quòd facias dissolui eas in aqua Mercurij albi ipsarum, vel rubei, de qua fueru~t procreatae, quousque sint facti aqua clara, & postea in decoctione leni facias congelari, & pòst in suis oleis incerari. Et supra ignem saepè dictum, quousque veraciter fluant supra laminam, quam diximus, & propter hoc ipsarum virtus duplicabitur in tinctura, & omnibus perfectio~ibus, prout videre poteris in suis projectionibus: nam ipsorum pondus, quod projiciebatur supra 1000. projicietur supra 10000. Et in ista multiplicatione non est poena magna. Secundus multiplicandi maioris est poenae, quia si ea distilles postquam in aquam fuerint dissolutae sui Mercurij, virtus earum in centesimum multiplicabitur, scilicet, vnum pondus valebit 100. Modus au~t multiplicationis est, quòd dissolvas quamlibet ipsarum speciem, singulariter in aqua sua per inhumationem, postea per distillationem separabis elementa, recipiendo primò

RAYMVNDI LVLLI

primò aquam, post aerem, vt est dictum, & remanebit in fundo terrae fixae substantia clara in forma pulueris, reuertaris aquam supra ipsam post distillationem, quousque totam potauerit, & quòd illa aqua tota fixa fit cum illa terra, inde ad aquare cum oleo suo, & de sua tinctura, quousque fit totum insimul fixum, & totum se fundat supra laminam, &c. Et de ista medicina projice vnum pondus supra quaecunque corporum volueris conuerti, & certitudinaliter tincturam eius reperies de 100. virtutibus multiplicatam in potentijs tali modo, quòd si vnum pondus primò conuertebat 1000. co~uertet in 10000. Quarum si tertia vice praepares, vt dictum est, de tres co~uertet 100000. & sic procedendo in infinitum. Ideo fili notare debes, quòd quantò magis medicina subtiliata est, scilicet, dissoluta, sublimata & congelata, ta~tò magis & abundantius operatur, quia in qualibet dissolutione lucratur, & acquirit decem po~dera in qualibet proiectione, propter virtutem multiplicatam in ea. Ideo fili non taedeat te reiterare solutiones, sublimationes, & coagulationes: nam per tales operationes medicina digeritur, vnitur, & eius virtus multiplicatur, & perfectius

ctius operatur & fixatur. Quare fili, si benè dissolueris, & co~gelare, prout diximus, scias, & quòd species, de quibus debes operari, cognoscas, ad perfectionem nostri magisterij peruenies, alto & breui secreto, quod nullus reuelare potest reseruatò, sicut tibi diximus. Sed si fis bonus indagator, & filius doctrinae subtilis per ea, quae diximus, & dicemus in libro nostro praesentis testamenti, & codicilli ac alijs, reperies ad plenum, & scies secretum. Et quando scies, sub anathematis poena prohibemus, ne alicui discooperias: nam à Deo maledictus est, qui discooperuit. Et ideo philosophi sic celauerunt, & Deo dante celabunt futuris temporibus.

*De multiplicatione medicinae in
quantitate.*

C A P. XXXI.

F Ili accipies § j. dictae medicinae multiplicatae in virtutibus, in quam projicies § 100. Mercurij, & statim quando dictus Mercurius in crucibulo calefieri incipiet, in finam medicinam congelabitur, & projectionem faciendam supra Mercurium alium. Pòst accipe vnciam vnam dictae

RAYMVNDI LVLLI

dicte' secundae medicinae, & fac proiectionem supra alias § 190. Mercurij calidi. Covertetur iterum ad nouam medicinam veram & puram. Postea multiplicare habes in quantitate primam medicinam in toto, vel in parte, quia de vna vncia habuimus 200. vncias, non tamen paris virtutis, sicut prima, quae tibi fecit, quod dictum est, nec erit, nisi per dissolutionem & congelationem multiples: nam vt diximus, poterit multiplicari de vna virtute in infinitas virtutes, & postea in quantitate. Projice igitur de medicina vltima congelata pondus vnum supra 100. Mercurij abluti cum sale & aceto, & calefac supra ignem. Et quando videbis fumare, congelabitur in purum solem, vel in lunam perfectam, ad exhibendum omni proba ac iudicio, secundum quod elixir erit album vel rubeum, de quo fili veritatem tibi dedimus sermone completo, ad quod potes absque dubio peruenire, si doctrinae nostrae sint super hac re laboratae cum intellectu bono. Habe igitur sollicitudinem per modum dictorum regiminum in exercitio practicae, & rationalibus considerationibus intellectus eleuati, & veritatem illorum videbis corporaliter & omnia, quae tibi diximus inter ma-

nus tua realiter, & de facto reperies, quae quidem res per se ipsam fit nec fortè, ac si diceres, quòd totum per miraculum fieri, sed per artem & scientiam fit, & completur per operationem continuam, & manum operi naturae ministrando. Iste est latis supremus fili ab omnibus antiquis philosophis secretatus & occultatus ignorantibus & indignis, tibiq; reuelatus, qui conuertit omne corpus diminutum, & imperfectum in infinitum solificum vel lunificum secundum quod elixir erit subtiliatum & praeparatum. Pari ac simili modo tibi dicimus, quòd virtutem habet efficacem supra omnem numerum aliarum medicinarum, fanandi realiter omnem infirmitatem, quae fit, & esse possit in humano corpore frigidis aut calidis naturae causata. Et quia est subtilissimae ac nobilissimae naturae, sanitatem humanam conseruat corporis. Et illam in tanto multiplicat, quòd virum feminem facit ad potentiam & virtutem iuuenum peruenire, & omnem infirmitatem praesentem & futuram expellit à corpore per organicos conductus, & omne venenum cassat & destruit, humectat & dulcescit artheticas & guttas acutas ab omnibus membris, & illud, quod est & fuit in pul-

Dd mone

RAYMVNDI LVLLI

mone congelatum dissoluit, ventremque vulneratum & laesum consolidat, confortat ac sanat, mundificatque sanguinem, & purgat omnes spiritus, & eos in sanitate conseruat. Et si infirmitas est vnus mensis, hec medicina curat in vno die, si vnus anni, sanabit purè in duodecim diebus, si longinqua fit infirmitas, in vno mense purissimè curabitur. Et ideo non mireris, si hec medicina supra omnes medicinas fuerit petita, & desiderata ab homine, cùm omnes aliae vniuersaliter ad eam reducte' sint. SI ergo fili habeas ipsam, habebis thesaurum perpetuum. Et adhuc dicta medicina alius habet posse: nam rectificat omne aliud animal, & viuificat omnes plantas in tempore veris per suum magnum & mirabilem calorem: nam si de ipsa grani milij quantitatem in aqua dissoluas, & de illa aqua ponas in circuitu stipitis vnus vitis, quantum caperet testa auellanae artificialiter, nascatur flores & folia, & fructificabit & portabit racemos maturos in mense Maij. Et sic de omni alia planta, quae res quando facta est, ad miraculum reputabitur, & contra nature' cursum, quia tales huius rei potentiam ignorant, & credunt, quòd talia per incantationem fiant. Fili haec

res

res no~ est nisi calor naturalis infixus in sua humiditate radicali. Et ideo natura per suum instinctum appetit multum esse in profundiori totius elementatae rei, & ei aperit & multiplicat naturalem calore~ corporis, & in centro cuius intrauit, quia omni corpori est communis, & habet posse rectificandi partes omnes, quae portant virtutem, & illas fixandi in illis, per modum quem diximus in tractatu lapidarij, & facit vitrum malleabile, & plura alia mirabilia magna & ponderosa facit in tribus naturis, scilicet, minerali, vegetabili & animali. Et istam medicinam non est oblitus Galienus in suo libro tertio tegni in canone illo, qui incipit: Vtilitas verò vtrorumq;. Sed cum talibus verbis occultis, quòd hodie non reperiuntur in mundo, nisi certae personae, quae firma conscientia credere possint, quod de suprà dicta medicina aliqui philosophorum loquuti sunt.

*De recapitulatione magisterij in
forma diuisionis.*

C A P. XXXII.

Dd 2 Fili

RAYMVNDI LVLLI

F Ili hoc magisterium in tres gradus est diuisum. Primus est diuisus in tres dissolutiones principales, per primum gradum debes lapidem depurare, & fixu~ volatile facere. Secundus est diuisus in duas reductiones principales. Et per istum gradum mediu~ lapis praeparatus fixatur, quousque quiescere possit, & expectare in ignis pressura. Tertius gradus est per praedictos duos formatus. Et ideo in duas partes diuisus est. Prima est solutio & congelatio. Secunda est fixatio, & per istum tertium gradum est lapis completus, & ipsius multiplicatio fit per operationes primi gradus.

Finis secundae partis testamenti,
quae est de praxi.

INCI-